

ΣΥΝΘΕΩ. 24813

HISTORIÆ
HELVETICÆ
NATURALIS
PROLEGOMENA

Publicæ Eruditorum συζητήσεως Subjecta,

PRÆSIDE

J. JACOBO SCHEUCHZERO,

Med.D.Acad.Leopoldinæ Naturæ Curios.

Adjuncto, dicto ACARNAN.

RESPONDENTE

JOHANNE RODOLFO LAVATERO,

Med. Studioſo.

In Auditorio Œſtivo. H. L. Q. S.


Die Septemb.

TIGURI,

Typis DAVIDIS GESSNERI.

M D C C.





HISTORIÆ HELVETICÆ NATURALIS PROLEGOMENA.



*H*omo Naturæ minister, & interpres, tantum facit & Naturæ intelligit, quantum de Naturæ ordine, re, vel Historiâ, mente observaverit, nec amplius scit aut potest. Verba sunt Illustris Francisci Baconi, Baronis de Verulamio, vice Comitum S. Albani in nov. organ. aph. I. Natura sanè, quæ nobis ipse est aspectabilis mundus, vel pulcherrima omnium ipsius partium coordinatio, secundum certas à Deo præscriptas leges mota, ipsa corporum quæ continet, phænomenorumque multiformi elegantique varietate mirum quantum nos ad sui contemplationem allicit, sui sedulam inquisitionem ipsa commendat, & ad Authoris sui laudes incessanter decantandas excitat. Hoc igitur omnium, omnis ævi Philosophorum celebriorum fuit opus, hic labor, hæc delectatio, ut librum hunc Naturæ amplissimum, ipsi evolverent, & attentè perlegerent, probè gnari, totidem extare literas, quot adsunt corpora, imò tot phræses, ac sententias, quot corpuscula.

II. Hac consideratione moti, qui vero Physicorum titulo sunt excolitur digni, exussu servitutis scholasticæ jugo, plus ex Naturæ ipsius sedula ab exterioribus perlustratione profecerunt, unico hoc ad finem perducto seculo, quàm eorum prædecessores, per duas seculorum elapsas decades. Non minùs

necessarium proin, quàm laudabile est institutum *Anglorum, & Gallorum*, quo *Regiæ* illarum nationum *Societates*, & *Academiæ*, præeunte magno illo, & ferè dicam primo scientiæ Naturalis Reformatore *Verulamio*, observationes ex omni mundi angulo conquirunt, & ex earum diligenti consideratione, prudentive collatione errores in scientiam naturalem inductos corrigunt, & dogmata vera confirmant, aut fundant.

Instituti ratio
proponitur, &
explicatur.

III. Quandoquidem autem ad telam hanc, quam texere coeperunt laudati Naturæ Mystra deducendam obligatur, quicumque ad incrementum, vel complementum *Historiæ Naturæ & Artis* aliquid conferre potis est, nemo opinor & mihi vitio vertet si, quæ præmissâ chartâ invitatoriâ promissi *Historiæ Helveticæ Naturalis* rudimenta, solvere incipiam. Rudimenta dico, ne quis operis tam ardui plenioram texturam expectet, quàm vel ejusdem latissimè patens amplitudo permittit, vel concisâ temporis brevitâs concedit, nam fallitur augurio spes bona sæpe suo.

explicatur.

IV. Constitui itaque *ὅν Θεὸς καὶ πῦρ*, suavoribus, & exhortatoribus magni nominis Viris, opus hoc utut difficile aggredi, atque ut distinctius me exprimam, *Historiam* condere *Patriæ naturalem*, tam *Narrativam*, conquirendo, & fideliter recensendo cuncta illa Naturæ Phænomena, quæ vel ipse observavi, vel ab aliis tradita habeo, quàm *Indulgentiam*, adnotando, & assumendo ea, quæ quovis modo ad perfectiorem scientiæ naturalis statum, Hypothesiumve confirmationem aut correctionem apta videbuntur, & congrua; addo & *Applicativam*, ejus scopus erit, applicare ea, quæ ex Theoria Naturæ Helveticæ invenio, ad usus tam Medicos, quam œconomicos, Technicos, atque Politicos.

Difficulus
conjectura
proponitur
et commendatur.

V. Et in hac prima quidem, seu Introductoria Dissertatione id pensi præ me habeo, ut præmissâ *Historico-Geographicâ recensione*, ejus, quod in *Historia* aliarum *Regionum Naturali* præstitum fuit, *Methodum* operis ipsius pandam, seu viam, quam inire decrevi, exhibeam, sicque *ὁδὸς* & *διὰ δὲ* mihi ipse sum, tandemque *usus & scopos* generales, qui ex hisce laboribus vel spontè fluunt, vel absque labore trahi possunt, proponam, & hoc ipso institutum hoc meum Patriæ, Mœcenatibus, Fautoribus, Amicis, omnibusque bonis de meliori nota commendem.

Et simul
caute in
opere ipso
observanda
insinuantur.

VI. Veritati, quæ sacra mihi est anchora, ubivis litabo, ac proin absque *Φαυρίᾳ* suspitione iis præcipuè fidem dabo, quæ vel ipse vidi, vel per spectè & circum spectè in omnibus circumstantiis observavi; Proximè sequentur, quæ à viris doctis & fide dignis aliis, vel scriptis tradita invenio, vel ore tenus relata habeo. Nec temerè ea ipsa, ut falsa, negavero, quæ alii tradiderunt, nec tamen, sub diligentissima licèt inquisitione, comperiuntur: Probè gnarus, posse vel rem ipsam, vel lo-
cum

cum mutari, & locum quempiam natalem tam arctis circumscribi terminis, ut non facile aditus ad eum pateat, vel prorsus nunc oclusus, aut casu, vel arte deletus sit. Quem igitur cunque veritatis gradum obtinet observatio quævis, optimâ fide indicabo, ut insimul eâ, quam alii de Historia Helvetiæ Naturali promeruerunt, laude, neminem defraudem, sed suum cuique tribuam. Stylus, hoc, spero, condonabunt facile, quibus nil nisi Tullius ubivis sapit, erit pro more Philosophantium facilis, non coactus, fluidus, non confusus. Vitabo proin affectatam nimis dictionem, sed & vilem negligentiam, rebus ipsis potius, quam verbis intentus.

VII. Nunc, ut promissis stem, præfaminique commendatorio, *Reverſa Historico-Geographica Scriptorum Historiæ Naturalis.* imò manu ductorio locum dem, accedo ad Historicam, sed brevem Relationem ejus, quod ad condendam Historiam aliarum Regionum Naturalem contulerunt alii, & Geographico quidem ordine Regionem ipsas, Alphabetico autem Scriptores, ne quis prærogativæ ergo oriatur lis, disponam.

VIII. Ex Asia postquam in Europam migrarunt scientiæ, unâ *Europa.* cum Imperio, strenuè laborari ceptum, plus tamen hic quàm ibi, ut hæc illave natio ad labores perferendos apuor, studiave excolenda promptior existit. Nam isthic Naturalis levitas populos agit, turbidisque incerta consiliis, illic pingues gravésque animi tristi superbia, tanquam specie arcana sapientiæ ferociunt, illi sitim non tolerant, alii in mutationem, nec provisâ consilia, temporariis ingeniis incumbunt, apud ceteros placari non potest ultionis ingenium: Rursum virtutum æternitas, velut hereditatis jure sancita, in quibusdam simplex fides, in aliis acumen animorum, in pluribus fortitudo. Sicuti in Icone animarum cap. 2. scitè differit Barclajus.

IX. In Hispania, quæ caput est Europe, nobisque complectitur *Hispania.* Hispaniam veterum Tarraconensem, Bæticam & Lusitanicam seu modernorum Hispaniam, Portugalliam & Algarbiam, studia literarum eo cultu non nitent, quem hæc ætas nudis & squalentibus musis reposuit, cùm perisse videretur ille eruditionis spiritus, qui omnem scientiarum partem debet implere. Barcl. l. c. Anim. c. 7. Dolendum sanè est & mirandum, viros moribus & ingenio tam graves, quive in suæ regionis dignitatem libros patrio sermone conscriptos amant haberi, Historiam suæ patriæ Naturalem tam parum excoluisse, ut paucissima in lucem prodierint hanc in rem Monumenta; & Plantæ in Hispanico solo nascentes (de reliquis enim Naturæ Regnis parum vel nihil habemus) ab exteris magis, quàm ipsis incolis fuerint descriptæ; licet earum plures in itinere per Hispaniam & Portugalliam sæto observatas, passim suis scriptis inseruit Botanico- rum facile princeps, Joseph Pitton Tournefort, Parisiensis, qui nunc itine-

re Botanico curioso jussu & sumptibus Regiis in Regiones Orientales suscepto nomen Regis sui reddit Augustius, & famam propriam simul celebriorem. Sic prostat.

Caroli Clusii, Atrebatensis, rariorum aliquot stirpium per Hispanias observatarum Historia, Libris duobus expressa ad Maximilianum II. Imperatorem. Antwerp. 1576. 8.

Ex Hispaniis unicum nominandum habemus, simulque propter singularitatem commendandum,

Gabrielem Grisei, cujus Viridarium Lusitanum prodiit Olyssip. 1660. 12. & 1661. 8.

Gallia,

X. Gallia omnium Regionum, quæ ad occidentem recesserunt felicissima, sicuti soli bonitate cum genio & indole incolarum certat. *Barcl. Ic. Anim. c. 3.* Ita Historiam Regni tam fecundi naturalem, longius quam Hispania provectam habet, præsertim sub auspiciis hodierni Regis Ludovici XIV. qui verè MAGNI nomen meruit vel ob scientiarum omnigenarum literarumve elegantiorum cultum per tot Academiarum foundationes insigniter promotum, de quo speciatim consuli poterit *Joh. Baptista du Hamel Regiæ Scientiarum Academiæ Historia, &c. Paris. 1698. 4.* quam qui evolvit, Historiæ naturalis tum universæ, tum Galliæ speciatim excultæ, tot inveniet testes, quot perleget paginas. Testes sunt.

Observationes super aquis Mineralibus diversarum Provinciarum Galliæ in Academia scientiarum Regia in a. 1670. & 1671. factæ, ac junctim editæ à Dom. du Clos, consiliarii & Med. Regis ordinari. Lugd. Batav. 1685. 8.

Petri Magnol, Botanici Montspeliensis. Lugd. 1676. 8. Appendix ad idem. Montpelier. 1686.

Joseph Pitton Tournefort Catalogue des plantes qui naissent aux environs de Paris. Paris 1698. 8. quibus adjungi possunt

Pauli Boccone, Siculi, plantæ rariores Sicilia, Melitæ, Galliæ & Italiæ Lond. & Oxon. 1674. 4.

Germania,

XI. De Germania sequens tulit judicium *Barcl. Ic. Anim. c. 5.* Literæ in multis locis cultæ inter homines minus sciendi avidos, quàm docendi. Plura, quàm legerint scribunt, & suam famam ex voluminum, quæ edunt numero, aut magnitudine æstimant. Vis mentium ut opaca, ita ad æternitatem laborum est robusta, ut ceteri melius quidem scire, illi verò plura possint. Sub hac Germaniæ communi notione quoniam moderni Geographi comprehendunt non duntaxat Romanum Imperium in X. circulos divisum, sed & Bohemiam, Helvetiam, ac Belgium; nostrum equidem foret compatriotas Germanos à criminibus, compilationis, & putidæ scribendi cacoethes, quæ aliquibus equidem adhaerent, non ta-

men

men toti nationi imputanda veniunt, vindicare, nisi ab aliis jam præstitum fuisset, nominatim à Bernbardo Petro Karl in *dissertat. de Germania, artibus literisque nulli secunda*. Rostoch. 1698. Joh. Daniel Majors *Seefahrt nach der neuen Welt ohne Schiff und Segel*. p. 128. &c. ut alios taceam. Res ipsa loquatur, ubi Germanorum merita in Historiam patriæ Naturalem ex Catalogo seqq. operum, & magis adhuc lectione eorum, sponte, & absque ulteriori commendatione patefcent.

XII. *Joachimi Camerarii Norimbergensis Sylva Hercynia*. Francof. 1586. 4.

Joh. Chemnitii, Brunsvicensis, Index Plantarum Brunsvicensium. Brunsvig. 1652. 4.

Valerii Cordi, Simeliosii, sylva, quâ rerum fossilium in Germania, plurimorum metallorum, lapidum & stirpium aliquot rariorum notitiam brevissime persequitur, impressa cum *Historia stirpium Argentorat.* 1561. fol.

Balthassaris Thomæ Oretschmarii Mineralogia montis Gigantei, quam citatam inveni in Velschii Hecatoest.

Joh. Sigismundi Elsholzii, Francosurtensis Marchio-Brandenburgici, Flora Marchica. Berolin. 1663. 8.

Thomæ Praesti, Epistola de lapidis sabulosi (qui in Palatinatu ad Rhenum reperitur) Historia, ortu, natura, & causis, extat Part. II, diss. de nova Paracelsi Medicina. Basil. 1572. 4.

Joh. Danielis Gejeri Palatini de montibus conchiferis & Glossopetris Alzeiensibus in Triga Medica, Francof. 1687. 4.

Comradi Gessneri, Tigurini, Hortus Germania, reperitur sub finem *Historiæ stirpium Valerii Cordi, Tigur.* 1561. fol.

Johan. Ferdinandi Herodt Tartaro-Mastix Moravia, Vienn. Austriae 1669. 8.

Mauricii Hofmanni, Botanici Aldtorffini, Floræ Aldtorffinæ deliciae sylvestres, sive Catalogus plantarum in agro Aldtorffino, locisque vicinis sponte nascentium. Aldtorff. 1662. 4.

Ejusdem descriptio Montis Mauriciani. Aldtorff. 1694. 4.

Ludovici Jungermanni, antecessoris Botanici itidem Aldtorffini, Cornucopiæ Floræ Giessensis, proventu spontanearum stirpium in Flora Aldtorffensi amicæ & amantè conspirantis. Giess. 1624. 4.

Joh. Kentmanni, Dresdensis, Nomenclatura rerum fossilium, quæ in Mîsna præcipue, & in aliis quoque Regionibus inveniuntur. Tig. 1565. 8.

Georgii Caspari Kirchmejeri, Acad. Wittenberg. Prof. ferax Metallorum, atque Mineralium Dubensis saltus prope Schmidenbergam Dissert. Resp. Joh. Schockwitz Lips. Mîsn. Witteb. 1692. 4. *Ejusdem wolgemeintes Bedencken wegen deren Bergwercken in Francken und Boigtland, u. Witteb.* 1687. 4.

Christ. Knauth, *Enumeratio plantarum circa Halam Saxonum nascentium*. Lips. 1682. 8.

Henrici Ludovici Knorn, *de origine Metallifodinarum Hartzicarum Dissert.* Helmst. 1680. 4.

Friderici Lachmund, Hildesheimens. *Oryctographia Hildesheimensis, sive admirandorum fossilium, quæ in tractu Hildesheimensi reperiuntur descriptio*. Hildesheim. 1669. 4.

Christiani Lebmanni, Pastoris Scheibenbergensis, *Historischer Schauptatz derer natürlichen Merckwürdigkeiten in dem Meissnischen Ober-Erz-Gebirge*. Leipzig 1699. 4.

Joh. Friderici Leopold, Lubecensis, *Diss. inauguralis Medica de Alce, magno illo septentrionis animali*. Basil. 1700. 4.

Joh. Löffel, *de plantis Borussiae Regionum*. 1655. 4.

Christiani Welsch, Wölkenssteinensis Hermunduri, *de Hermundurorum Metallurgia argentaria Diss. habita sub præsidio Adami Rechenberg*. Lips. 1680. 4.

Joh. Reiskit, Rectoris Gymnasii Guelferbytani, *de Glossis petris Lunenburgensibus*. Lips. 1684. 4.

Caroli Schaffer, *deliciae Botanicae Halenses*, Hal. Saxon. 1662. 12.

Stephani à Schonevelde, Hamburgensis, *Ichthyologia & Nomenclatura animalium, marinorum, fluviatilium, lacustrium, quæ in florentissimis Ducatibus Slesvici & Holstiae, & celeberrimo Emporio Hamburgo occurrunt triviales*. Hamburg. 1624. 4.

Caspari Schwenkfeld, *stirpium & fossilium Silesiae Catalogus*. Lips. 1601. 4.

Ejusd. *Theriotrophejon Silesiae*. Lignic. 1603. 4.

Joh. Thalii *Sylva Hercynia, seu catalogus plantarum in montibus Sylva Hercyniae, & locis vicinis spontè nascentium*. Francof. 1588. 4.

Zachariae Theobaldi, Junioris, *grundliche Beschreibung des Sichelbergs*. Witteb. 1542. & 1612.

Joh. Georgii Volkameri, *Flora Norimbergensis, seu Catalogus Plantarum in agro Norimbergensi tam spontè nascentium, quam exoticarum*. Norimberg. 1699. 4.

Joh. Wigandi *vera Historia de succino Borussiae, de Alce Borussiae, & de herbis in Borussia nascentibus*. Jen. 1590. 8.

Occasio tandem commoda sese offerret laudandi institutum Academia Leopoldinae Naturae Curiosorum, cujus Acta inde ab Anno 1670. ad hunc usque non interrupta serie prodeunt, sub Tit. *Adiscellanea curiosa Medico-Physica Academiae Naturae curiosorum, sive Ephemeridum Medico-Physicarum Annus . . . Anni scil. . . continens celeberrimorum*

rum Medicorum in & extra Germaniam observationes Medicas & Physicas, vel Anatomicas, vel Botanicas, vel Pathologicas, vel Chirurgicas, vel Therapeuticas, vel Chymicas, vel Mathematicas. Lips. vel Norimberg. quam ipsam occasionem arriperem, si à partium studio videri possem alienus, qui sub præsidio Viri Illustris atque Excellentissimi Lucae Schröckii Academici titulo, indignus licet Ann. 1697. honoratus sum.

XIII. Belgæ Mercaturis & artificiis plerique quidem & sedulo Belgii. Id incumbunt, habuerunt tamen semper, qui literarum commercio & usu sese ac patriam nobilitarunt. Exemplo sint seqq. Historiæ Naturalis monumenta.

Stephani Blankaart, Amstelodamens. *Nederlandsche Herbarius, ofte Kruidboeke der vornemsten Kruiden, tot de Medecyn, spysbereydingen en Konstmerken, dienstig handelende von sommige hier zelant wassende Boomen, Kruiden, Heesters, mossen.* t. Amsterd. 1698. 8.

Joh. Commelini, *Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ.* Amsterd. 1682. 11.

Ejusdem *Nederlandsche Hesperides.* Amsterd. 1676. fol.

Adriani Junii Pballi ex fungorum genere in Hollandiæ sabuletis passim crescentis descriptio. & ad vivum expressa figura. Lugd. Batav. 1601. 4.

Peter Nyland, *Nederlandsche Herbarius.* Amst. 1670. 4.

Cassari Pilletevi, *Plantarum tum patriarum, tum exoticarum in Wal-lachria Zelandiæ insula nascentium synonym.* Middelburg 1610. 8.

Adolphi Vorstii, *Index plantarum indigenarum, accessit Catalogo plantarum Horti Acad.* Lugd. Batav. Lugd. Batav. 1636. 4. 1643. 4.

XIV. Helvetios tandem ad utrumque paratos esse, ad bella ge- Helvetia. rendenda & studia excolenda, docent tot atque heroica ab ipsis edita facta, prælia, bellata, tot præclara in omni literaria re monumenta, quorum historiam recensere supersedeo, iis dumtaxat contentus, quæ ad rem faciunt præsentem, & condendæ Historiæ Helvetiæ Naturali inservire possunt, suntque Anonymi *Beschreibung des Urdorffer-Bads.* Tiguri, 1691. 4.

Anon. *Kurze Beschreibung des Ursprungs und Gebrauchs des warmen Bads zu Baden im Ergow.* 1612. In folio majori unico.

Anon. *Glaubwürdige Histori oder traurige Geschichte des erschrecklichen Schnee-Bruchs / durch welchen A. 1689. zu Saas im Prättigaw des loblichen X. Reichten Bunds den 25. Jan. 57. Personen todt gebliben.* A. 1697. Reimen weis an das Pecht gegeben in 8.

R.T.G. *Gesund-Brunnen / das ist / Beschreibung des heilsamen Wassers und Gesundbads zu Nider-Urnen im Land Glarus* 1657. 4. Clau-

Claudii Alberii Triancuriani de Terræ motu oratio, in qua Hybornæ pagi in ditione Ill. Reip. Bernensis supra Lacum Lemannum per terræ motum oppressi Historia paucis attingitur. 1585. 8.

Benedicti Aretii Græcæ & Hebræicæ Linguae in Schola Bernensi Professoris

Stokhornii & Nefsi in Bernatium Helvetiorum ditione, montium, & nascentium in eis stirpium brevis descriptio, annexa Valerii Cordi Historie stirpium Argentorat. 1561. fol.

Caspari Daubini, Basileensis Archiatri, Catalogus plantarum circa Basileam spontè nascentium. Basil. 1626. 8.

Giovanni Battista de Burgo, Abbate clarense, &c. Hydraulicae Sia Trattato dell'acque Minerali del Massino, S. Maurizio, Favera, Scultz, è Bormio con la guerra della Valtellina del. 1618. sin. al. 1638. & altre curiosità Milano 1689. 12.

Caspari Collini, Seduni de Sedunorum Thermis, & aliis fontibus Medicatis Liber, annexus Simleri Commentario de Alpibus, mox citando.

Johannis Leopoldi Cysati, Lucernensis Beschreibung des Lucerner oder der 4. Waldstätten Sees und dessen fürtrefflichen Qualitäten und Eigenschaften. Lucern. 1661. 4.

Johan. Erhardi Escheri, Nobilis Tigurini, Beschreibung des Zürich- Sees. Zürich 1692. 8.

Conradi Gessneri descriptio montis fracti, seu montis Pilati juxta Lucernam in Helvetia. Tiguri 1555. 4.

Ejusdem de Aconito primo Dioscoridis asseveratio, & de oxymelitis Elleborati utriusque descriptione & usu libellus, per Casp. Wolph. edit. Tigur. 1577. 4.

Ejusdem, de raris & admirandis herbis, quæ Lunariæ nominantur commentariolus. Tig. 1555. 4.

Ejusdem, de lacte, & operibus lactariis libellis Philologus pariter ac Medicus, cum Epistola ad Jacobum Avienum Claronensem de montium admiratione. Tig. 1543. 8.

Ejusdem, de Thermis & Fontibus Medicatis Helvetiæ & Germaniæ libri duo. Venet. 1553. fol.

Guilel. Grataroli de Thermis Rheticiis, & Vallis Träschurii, extat in Bibl. Bodlejana.

Job. Guler de Weinegg Equitis Siderifer Saurbrunn. 1642. 4.

Job. Henrici Hegneri, Archiatri Vitodurani Beschreibung des Ederli-Bads in der Statt Winterthur gelegen. 1678. 4.

Job. Kolweck, Cœnobio Fabariano à secretis Tractat. von des heilsamen weitberühmten selbst warmen unser lieben Frauen Pseffers-Bad/

Bad / wunderthätiger Natur / Staenschafft. Dillingen 1631. 8.
 Job. Rodolphi Neuhaus Med. D. Einnenlis Erguelischer Gesund-
 Brunnen / das ist / ausführliche Beschreibung des jüngst in Befand-
 schafft und Gebrauch gebrachten Mineralischen Wassers zu St. Im-
 mer in der Herrschafft Erguel / Hochfürstl. Bischoff Baslerischen Lan-
 den. Neustadt 1679. 12.

Henricus Pantaleon von der Statt / Graffschafft und denen Bäder-
 ren zu Baden. Bas. 1578. 4.

Petri Pauli Paravicini de Masinensium & Burmensium Thermarum
 situ. Sc.

Poggii Florentini Epistola ad Nicolaum Nicolo de situ & amoenitate
 Balnearum ad Lindemacum fluvium sitarum prope Tigurum M. S. extat
 in Bibliotheca Basilicensi publica.

Job. Rodolphi Rübmann Gespräch zweyer Berg in der löblichen
 Eidgenosschafft und im Berner Gebiet gelegen / nämlich des Miossens
 und Stockhorn / als zweyer alten Nachbahren. Bern 1606. 8.

Georgii Salus kurze Beschreibung des fürtrefflichen Bads Ga-
 nygenandi in dem Prättigaw. 1687. 8.

Job. Rbellicani, Stockhornius, qua Stockhornus mons altissimus ex
 Bernensium Helvetiorum agro versibus Heroicis describitur, adjectus Gess-
 neri descriptioni montis Fräth.

Josia Simleri, Tigurini, Valesia descriptio libri duo: de alpibus com-
 mentarius. Tiguri 1574. 8.

Augustini Stöcklin Nymphaum Beatiss. Virginis Maria Fabarientis
 S. Tractatus de Celeberrimis Fabarientis Thermis, vulgo Pfessers-Bad in su-
 periore Helvetia, medela, situ, & natura planè admirandis. Sc. Dil-
 ling. 1631. 8.

Job. Jacobi Wagneri, Med. D. Tigurini, Historia Naturalis Helve-
 tia curiosa in VII. Sectiones compendiose digesta. Tigur. 1680. 12.

Quæ omnino ob insignem, quam nobis in condendo hoc opere
 præstat utilitatem primum nominari debuisset, nisi fors alphabetica
 illam huc locasset. Prodiisset hæc ipsa Wagneriana Historia tertîa cir-
 citer parte auctior, nisi pallida mors virum de re literaria, speciatim Na-
 turali Helvetica optimè meritum præmaturè surripuisset. Mîcha inte-
 rim quæ reliquit, uti prælo sunt dignissima, ita sanctè custodienda pu-
 to, & suo quodvis loco inferenda præservabo. Agmen Scriptorum Hel-
 vetiorum claudit.

Jacobi Ziegleri Medici hîdem Tigurini, Beschreibung des urab-
 ten und kostbahren Wengi-Bads 3. Stund von Zürich, in der Herr-
 schafft Rnonaw / in dem Frey-Ampt under dem Dorf Augg in der
 Pfaffe

Wahr Mettmenssetten gelegen. Tiguri 1663. in folio unico majori.
Ejusdem, Heilbrunnen/das ist/ Beschreibung des köstlichen warmen Gesund-Bads bey Schingsnacht an dem Aren-Fluß/ohnfehr der Statt Brugg in dem Aergew/ in der mächtigen Hh.von Bern Land-schafft gelegen. Tiguri.1683. 4.

Ejusdem, Von dem köstlichen Bad zu Urdorf von der Statt Zürich ein Meil gelegen. Tiguri.1676. 4.

Italia.

XV. Accedimus lento passu, alpes quippe transgressi ad Italiam, ubi amœnitas studiorum non exigua, & maxime ea partes, ad quas vivax natura lepiditas invitat, Testis gentilitii carminis pulchra, & ad vicinorum invidiam gravis ubertas, quæ nomina Poetarum, tot amorum ignibus, ad supplicii celebritatem suis ardentia sacrauit. Sed & sapientia cœlestis, & humana prudentia disciplina, ceteraque omnia, quæ in Musarum tutela sunt, nunquam parùm illius populi ingentis debuerunt Barcl. Leon. Anim. c.7. Italis certo sensu quadrat illud: ubi malus nemo peior, ubi bonus, nemo melior. Ingenii acumine sicuti omnibus ferme nationibus prævalent, ita & ignavia tantum non omnes vincunt; pauca quidem prodierunt Historiæ naturalis Italicæ subsidia, ea tamen quæ aspexerunt lucem publicam omni laude digna. ex. gr.

Antonii Donati descriptione delle Piante del Lio di Venetia, quæ citatur in Boccone Museo di Fisica p.271.

Pauli Jovii de Romanis piscibus. Basil.1545. 8.

Fortunii Liceti Litheosphorus seu de lapide Bononiensi. Utin.1640.4.

Job. Pona, Veronensis, Planta seu simplicia ut vocant, quæ in Baldo monte & in via à Verona ad Baldum reperiuntur. Basil.1603. 4.

Description des plantes du mont Balde, Basle 1604. 4. *Monte Baldo descritto*. Venet.1617. 4. Quibus adjungi merentur Bocconi Siculi mox citanda opera.

Pannonia.

XVI. Transgressis ex Italia Julias alpes, Pannonia obvenit, de cujus Historia naturali unicus, quantum scio, aliquid promeruit.

Carolus Clusius Tr. de simplicibus per Pannoniam observatis. Antwerp. 1583. 8.

Carinth.
Carn.

XVII. Carinthia & Carniola Regiones Pannoniæ superiori olim adscriptæ, in Historia Naturali, æquæ ac Politico-Historicæ multum debent Illustri Viro

Johanni Weichardo Valvasori, qui luci publicæ donavit, die Ehre des Herzogthums Crain aufgebreytet. Labach. 1689. fol. &

Landbeschreibung des Erz-Herzogthums Kärnten. Nuremberg. 1688. fol.

Hungaria.

XVIII. Hungarorum bellicosa natio, bellis, atque persecutionibus

bus continuis infestata non tantum videtur habere otii, ut aliquid temporis studio huic Naturali impendere possit. Tam pauca sunt, quæ orbis curiosus habet, imò præter

Georgium Wernberum de admirandis Hungariæ aquis. Vien. Austr. 1551. 4. &

Bonannum de admirandis Hungariæ, qui nondum prodit, nulla. Salivam quidem orbi curioso movit Illustriss. Comes de Marsigli promittendo Historiam Naturalem Regni Hungariæ integram, quam omnes curioſi expectant.

XIX. *Polonis ut plurimum dura vita, cælum asperum, nec populi mores facti ad nostri seculi venustatem, & hinc aliquando seiviora ingenta. Barel. Ic. Anim. c. 8. Non proin mirum, barbariem morum possit se trahere barbariem studiorum.*

De Salinis Cracovianis proſtat libellus Jodoci Willibii. Dantisc. 1645. 8.

Dantiscum Brussia Regalis clarissima urbium, habet quod gloriatur de

Nicolai Olhaffi Elencho plantarum circa Dantiscum nascentium. Dantisc. 1643. 4.

XX. *Eruditionem quæ ex Asia & Africa primum in Græciam, nunc in Italiam, postmodum etiam in Germaniam migravit, jure successione ad Septentrionales devolutam esse populos tot præclara monumenta testantur, quorum catalogum simul cum biographiis Authorum congesſerunt in Tract. de Scriptis Danorum, Norvegorum & Islandorum, Albertus Bartholinus, in Succia Literata Joh. Schefferus, & junctum omnes nuperrimè in Bibliotheca Septentrionis Eruditi, cum auctariis Joh. Mölleris. Qui certior esse cupit de Septentrionalium in omni re literaria progressu, consulat, suadeo, Nova literaria Maris Baltici, felicibus auspiciis Lubecæ inchoata A. 1698. 4. & singulis mentibus, ad hunc usque, quo vivimus, continuata, quæ applausum omnem merentur.*

XXI. *Danos igitur & Suedos, si in unum jungamus corpus, videbimus sequentes exclusisse partus, qui ad Historiæ Naturalis Septentrionis incrementum, multum revera conferunt.*

Georgii Pirenii Catalogus Plantarum Danicarum. Hafn. 1661. 4.

Olai Magni Gothi, Archiepiscopi Upsalienſis Gentium Septentrionalium Historia, Bas. 1567. fol. omnigenâ eruditione refertissima.

Apollonii Menabeni de Magno Animali, quod Alcen nonnulli vocant, item Historia Cervi Rangiferi, & galonis, Filfræ dicti. Colon. 1581. 8.

Olai Rudbek Catalogus Plantarum Upsaliae. Upsal. 1664. 8.

Concessit hic ipse Rudbek, vir *Atlantica* suâ aliâs celebratissimus volumen integrum plantarum Septentrionalium, quarum Icones ipse ut audio propriâ manu, miniato, ut ajunt opere depinxit, quarumve descriptiones vel editurus ipse, vel posteris relicurus est.

Matthiæ Henriæ Schacht, viri pariter undiquaque doctissimi, *Observationes Botanicae de Plantis circa Cartemundam sponte nascentibus*, 4. de quibus vid. Nov. Literar. Mar. Balthici, A. 1678. p. 187.

Henrici Schnidæ, Herbarium Danicum, Hafn. 1557. 4.

Olai Wormii, Historia Animalis, quod in Norvegia quandoque è nubibus decidit, & sata, atque gramina magno detrimento celerrimè depascit. Hafn. 1653. 4.

XXII. Ex Septentrione, ubi Oceanum Occidentalem transfretamus, occurrunt Insulæ *Britannicae*, *Anglia* cum *Scotia* & *Hybernia*, subtilium ingeniorum maximè feraces, id quod abundè testantur, vel solæ *Transactiones Philosophicae*, ut alia hujus gentis monumenta luci publicæ exposita; taceam in Historia certè naturali, non Angliæ tantum, sed totius ferè orbis tantum præstiterunt Angli, quantum vix ab aliis sperare licet. Eo usque progreditur *Thomas Sprat* in historia Societatis Regiæ Anglico Idiomate conscripta, ut Anglos primos perhibeat, qui in studio Naturali aliquid tentarunt. In hoc tamen ex aliorum judicio genti suæ nimium indulget. Fuit *Martinus Fogelius*, Professor Gymnasii Hamburgensis, ipse *Historiæ Naturalis indagator acerrimus*, (quo nomine venit apud Polyhistorum illum celebratissimum *Georgium Morhofium*,) qui in peculiari de *Physicis Italicis* Tractatu ostendere voluit, fuisse in Italia longè citius talia collegia, quorum inter alia hoc etiam institutum fuerit, ut *excolerent Naturam*.

Britanniæ.

XXIII. In Historia patria quid præstiterint Britannicæ incolæ, sequentia declarabunt.

Gerard Boate M.D. Ireland's Natural History, Lond. 1652. 8. quæ in Gallicum idioma versa sub eodem Titulo *L'Histoire Naturelle d'Irlande* Parisiis prodit, 1668. 12.

Promissi idem Author tres alios Tractatus, unum de plantis *Hyberniæ*, alterum de regionis ejusdem animalibus, Tertium de Religione, moribus, & vivendi ratione veterum *Hyberniæ* incolarum, qui omnino lucem magnam Historiæ naturali foenerati fuissent, nisi fata nobis hæc subsidia invidissent.

Childrey Histoire des singularitez Naturelles d'Angleterre, d'Ecosse, & du Pays de Galles, traduite de l'Anglois par M. P. B. Paris. 1657. 12. Decevit & hic orbi erudito sistere *Historiam Naturalem totius Terræ*, &

haud

haud dubiè promissis stetit, nisi fata eum ad plures abire iussissent.

Guil. Hovv, (Hovv.) de stirpibus Angliæ indigenis, Lond. 1650. 8.

Thomæ Johnson, Mercurius Botanicus cui accessit de Thermis Bathonicis Tractatio. Lond. 1634. 8. ejusdem, pars II. Lond. 1641. 8.

Ejusdem, Plantæ in Friceto Hamstediano crescentes, & quas investigavit in itinere suo in agrum Cantianum. Lond. 1632. /

Martini Lister, Historiæ animalium Angliæ tres tractatus, unus de avaneis, alter de cochleis, tum terrestribus, tum fluviatilibus, tertius de cochleis marinis, quibus adjectus est quartus de lapidibus ejusdem Insulæ ad cochlearum quandam imaginem figuratis. Lond. 1678. 4.

Ejusdem, Appendix ad Historiæ Animalium Angliæ tres Tractatus &c. Eboraci, 1681. 4.

Eduardi Luidii, Lithophylacii Britannici Ichnographia, sive lapidum, aliorumque fossilium Britannicarum singulari figura insignium, quotquot hactenus vel ipse invenit, vel ab amicis accepit, distributio classica. Lond. 1699. 8.

Christophori Merret, Pinax rerum Naturalium Britannicarum, continens vegetabilia, Animalia & Fossilia. Lond. 1667. 8.

Robert Morison, Plantarum Historia universalis Oxoniensis. Oxon. 1680. fol.

Robert Plott, Staffordshire or Oxfordshire being an Essay toward a natural History of England, Oxford. 1677.

Job Raij, Synopsis Methodica stirpium Britannicarum. Lond. 1691. 8.

Ejusdem, Catalogus plantarum Angliæ, & Insularum adjacentium. Lond. 1678. 8.

Ejusdem, Catalogus plantarum circa Cantabrigiam nascentium. Cantabrig. 1660. 8.

Roberti Sibbaldi, Scotia illustrata, seu prodromus Historiæ naturalis, in quo Regionis natura, incolarum ingenia & mores, morbi,isque medendi methodus, & Medicina indigena accuratè explicantur, & multiplices naturæ partus in triplici ejus Regno, vegetabili, animali, & minerali per hancce Borealem magnæ Britannia partem, quæ antiquissimum Scotiæ Regnum constituit undique diffusi, nunc primum in lucem eruantur, & varii eorum usus, Medici præsertim & Mechanici, quos ad vitæ tam necessitatem, tum commoditatem præstant, perspicuè exponuntur cum sig. Aeneis. Edimburg. 1684. fol.

Ejusdem, Phalænologia nova, seu observationes de varioribus quibusdam balenis in Scotia litus nuper ejectis. Edimburg. 1692. 4.

Job Woodward, Essay toward a Natural History of the Earth and Terrestrial Bodies especially Minerals: as also of the sea, Rivers and

Springs, with an account of the universal deluge, and of the effects, that it had upon the Earth. Lond. 1695. 8.

Scriptoribus Historiæ Naturalis Angliæ diligentissimum hanc Naturæ scrutatorem intermiscere, quod is ipse liber citatus, observationibus & experimentis in Angliâ passim factis, quibus Hypotheses suas superstruit, sit valde prægnans.

*Sicilia,
Malta,
Corsica.*

XXIV. Agmen Europæarum regionum claudunt, quas commodè Italiæ adjungere potuissim, Insulæ Maris Mediterranei satis celebres, *Sicilia, Malta & Corsica*, in quarum Historia Naturali cum omnium curiosorum applausu multum laboravit *Paulus Boccone*, Nobilis Panormitanus, nunc ordini Cisterciensium, sub nomine *Don Silvio Boccone*, adscriptus, cujus hoc loco memorandi sunt sequentes Tractatus.

Plante rariores Sicilie, Melite, Gallie & Italiæ. Lond. 1674. 4.

Museo di Piante rare della Sicilia, Malta, Corsica, Italia, Piemonte e Germania, con l'Appendix ad Libros de Plantis Andrea Cesalpini, e varie osservazioni curiose, configure in rame. Venet. 1697. 4.

Museo di Fisica, e di Esperienze variato e decorato di osservazioni Naturali, note Medicinali, e ragionamenti secondo i principii de moderni con una dissertatione della origine, e della prima impressione delle produzioni marine, come Fucus, coralline, zoophyte, sponge, & anche intorno l'origine de Funghi, configure in rame. Ven. 1697. 4.

Recherches, & observations naturelles touchant le Corail, la pierre Etoilée, les pierres des figures de coquilles, la corne d'Ammon, l'Astroite undulatus, le Dents de poissons petrifiées, les Herissons alterez, l'Embrassement du Mont Etna, la sangsue de Xiphias, l'Alecyonium stupposum, le Bezoar Mineral, & les plantes, qu'on trouve dans la Sicile, avec quelques reflexions sur la vegetation des plantes. Amsterd. 1674. 8.

Italico Idiomate prodierunt eadem in Bologna. 1684. 12.

Catalogus plantarum Corsicæ promissus in Museo di Piante. p. 76.

Asia.

XXV. Ex Europa transimus in *Asiam*, Musarum olim, immò & moratarum gentium domicilium, nunc verò triste ignorantia & immanitatis habitaculum. Tam occupat Regionem Asiaticam, omni alias rerum genere abundantissimas, stupida ingeniorum corporumve servitus, ut quicquid in illarum Historia Naturali præstitum fuit, Europæis jure debeatur. Et hi ipsi nunquam fortè de promovendo hoc studio cogitassent, nisi aeri sacra fames illos illuc traxisset.

*India
Orientalis.*

XXVI. *India Orientalis*, quæ potiore facit Asiæ partem, sicuti Aromatibus præsertim est fertilissima, multorum descriptiones meruit, ex itinerariis passim hauriendas. Potiores tamen, qui scopum nostrum proximè tangunt, sunt sequentes:

Chri-

Christophori Acosta Aromaticum & Medicamentorum in Orientali India nascentium Liber, ex Hispanico sermone Latinus factus, & notis illustratus à *Carolo Clusio*. Antwerp. 1593. 8.

Jacobi Boetii, Bataviæ in majore Java novæ Medici, de conservanda valetudine, methodus medendi, observationes in cadaveribus, notæ in *Garciam ab Orto Historia Animalium & Plantarum*, quibus sparsim inserui Pise annotationes, & additiones, quæ Icones atque res necessarias. Amst. 1658. fol.

Gervaise Histoire Naturelle & Politique du Royaume de Siam. Paris. 1688. 8.

Pauli Hermanni Museum Zeylanicum, continens Plantarum, Animalium & Mineralium, quæ Zeylona Insula suppetit Historiam. adhuc ineditum.

Garcia ab Horto, Proregis Indiæ Medici, *Aromaticum & simplicium aliquot Medicamentorum apud Indos nascentium Historia*, ex Lusitanica Lingua in Latinam translata & locupletioribus annotatis illustrata à *Carolo Clusio*. Antwerp. 1593.

Joh. Hugonis Linscott Histoire de la navigation aux Indes Orientales. Amst. 1638. fol.

Omnium oculos mentisque curiosorum in se convertit, qui primus nominari debuisset.

Hortus Indicus Malabaricus, qui ex singulari munificentia & cura Generosiss. ac Nobiliss. *Henrici van Rheede van Draakenstein*, Malabarici Regni Gubernatoris, post supremi confessus apud Indos Belgas Assessoris extraordinarii, operâ *Johannis Casparii*, Ecclesiæ in Cochim, *Emanuelis Carneiro*, incolæ civitatis Cochinchensis, Interpretis societatis Indicæ, Doctorum item Malabaricorum *Ranga Botto*, *Vinaique Pandito*, & *Apu Botto Bramanum*, & *Ieti Achudem*, è natione Chego, lucem publicam aspexit. Meretur sanè opus tam splendidum, ut contenta vel Tituli singulorum Tomorum, qui numero denario in Folio prodierunt, singulatim quoque Lectori curioso sistantur. Continet igitur,

Pars I. Regni Malabarici apud Indos celeberrimi, omnis generis Plantas rariores, undæ cum floribus, fructibus, & seminibus naturali magnitudine delineatas. simul adornavit *Joh. Casparius*, Notis adauxit, & comment. *Arnoldus Syen*, Amstelod. 1678. fol.

Pars II. de fructibus Regni Malabarici. simul adornavit *Joh. Casparius*, notis & comment illustravit *Joh. Commelinus*. Amst. 1679. fol.

Pars III. de Arboribus Regni Malabarici simul adornavit *Joh. Manniks*, Notis & comment illustravit *Joh. Commelinus*. Amstelod. 1682. fol.

Pars IV. de Arboribus fructiferis Regni Malabarici. simul adornavit

vit Joh. Minniks, comment. illustravit Joh. Commelin. Amstelod. 1683. f.

Pars V. de Arboribus & Fruticibus Regni Malabarici: adornarunt & comment. illustr. iidem. Amstelod. 1685. fol.

Pars VI. de varii generis arboribus & fructibus siliquosis Regni Malabarici: simul adornavit Theod. Janson ab Almelooveen. Notis, & comment. illustravit & auxit Joh. Commelinus. Amstelod. 1686. fol.

Pars VII. de varii generis fruticibus scandentibus: simul adornavit Abrab. à Poot, Notis & comment. illustravit & auxit Joh. Commelinus. Amstelod. 1686. fol.

Pars VIII. de varii generis Herbis pomiferis & leguminosis, adornarunt & comment. illustrarunt iidem. Amstelod. 1688. fol.

Pars IX. de Herbis & diversis illarum speciebus: adorn. & comment. illust. iidem. Amst. 1689. fol.

Pars X. de Herbis & diversis illarum speciebus: adorn. & comment. illust. iidem. Amstelod. 1690. fol.

Indicem totius Horti Malabarici edidit Joh. Commelinus sub titulo.

Flora Malabarica s. Horti Malabarici Catalogus. Lugd. Batav. 1696. 8

China.

XXVII. *Chinenses*, licet de genere sint Scythico & Seseiolarum, Imperium tamen habent ab antiquissimis temporibus, literis, & artibus florentissimum, sicuti id vetustissimi ipsorum annales testantur, & Missionarii Europæi uno ore confirmant: Quid autem in Historia Regionis, tam vastæ & fertilis, Naturali præstiterint ipsi Chineses, nobis non constat, ut proin id, quod de hac materia ad nostram devenit notitiam, rursus debeamus Europæis, extremas has Asiæ oras, vel commercii, vel Religionis propagandæ causâ frequentantibus. Ex pluribus nominabo sequentes. Mich. Boym, *Flora Sinensis in qua vocabula Sinensium Botanica.* Vien. 1656. f.

Andree Cleyeri, *Herbarium parvum, Sinicis vocabulis indici insertis consians.* Francos. 1680. 4.

Celebris est hic Author Historiæ Naturalis Indiæ quoque Orientalis notitiâ, quam passim ex *Miscellaneis curiosorum* haurire licet.

Joh. Nieuhof, *descriptio legationis Belgarum, ad Imperatorem Chinesum & Tartarorum Cham.* Belg. & Germ. Amst. 1665. fol.

Visdelou, unus est ex Missionariis illis, qui A. 1685. Jussu Regis Galliæ Indias adierunt, & pro sua in studium Botanicum propensione laborat traductione ex Chinesium Idiomate in Gallicum vel Latinum, *Herbarii Chinesis*, ubi vires 400. plantarum circiter erunt descriptæ, cum annotationibus propriis, sicuti ea de re certiores nos reddi Mr le Comte dans ses *Memoires de la Chine.* p. 332.

Africa.

XXVIII. *Africanorum* in rem literariam generalem, vel Historiæ

floræ naturalis specialem merita, ubi extollere vellem, lenociniis verborum veritatem ipsam suppressere opus haberem. Tam enim stupiditas ingeniorum, & sæva barbaries occupat cuncta, ut averso potius lumine Solis nati, quàm Equatori tam propinqui videantur. Aegyptus, Musarum olim genuina sedes, à prisca gloria tam longè abest, ut Aegyptum vix in Aegypto amplius invenire, & non aliter, quàm ex pyramidum collapsis ruinis cognoscere liceat. Impræsentiarum binos duntaxat allegare possumus auctores, qui Historiam Africæ Naturalem, itineribus, & licubrationibus illustrarunt, Prosserum nempe Alpinum, & Jobum Ludolfum, alias Lûtholff dictum, quorum ille librum *de plantis Aegypti* excudi fecit, Venet. 1549. 4. qui cum annotationibus Job. Vessingii, rursus lucem aspexit, Patav. 1638. 4. Hic in *Historia sua Ethiopica*, quæ prodit *Francos. ad Mæc.* 1681. fol. & *commentario ad illam* ibidem 1691. fol. impresso, plura habet, quæ ad Historiam Scripturæ S. Naturalem explicandam non parùm lucis afferunt.

XXIX. *Americanorum* tandem Regiones vastissimas, barbaries morum, æquè ac flodiorum ante occupavit, quàm Europæi ad illos accesserint, imò & sub primorum occupantium, *æquæ* intelli-
go Hispanos, non *Phœaciæ*, regiminæ in crassa rerum tam divinarum, quàm humanarum ignorantia, adhucdum velut demeritæ jacent; dum felicioribus longè licet vivere illis, qui Gallorum & Anglorum Jurisdictionem agnoscunt, hæc namque nationes pro sua erga studia liberalia liberali propensione florentissimas & Scholas & Academias fundant, ut feram Americanorum sobolem omni adhibitâ curâ in Theologia, aliisque studiis informant. Historiam quod attinet Naturalem, multum hæcenus in ea tentarunt Europæi, non tantum tamen, quantum vastitas, ac fertilitas orbis hujus novi exposcit. En igitur Catalogum Scriptorum, qui ob industriam suam hic citari, simulq; laudari merentur!

Bonister Catalogus stirpium Virginensium citatur à Plukenetio.

Jacobi Cornuti Historia Plantarum Canadensium Sc. Paris 1635. 4.

Denis, description des Côtes de l'Amerique Septentrionale, avec l'histoire naturelle de ces pays. Paris 1672. 12. en 2. Tomes.

Francisci Hernandez, Nova Plantarum, Animalium & Mineralium Mexicanorum Historia. Rom. 1651. fol.

Guil. Hughes, the America in Phrystien, or a Treatise of roots, Plants, Trees, Shrubs, Fruits, Herbs, growing in the English plantations in America, Whereunto is annexed a discourse of the Cacao &c. Lond. 1672. 12.

Josselin new Englands Rarities discovered in Birds, Beasts, Fishes, Serpents and plants of the Country. Lond. 1672. 12.

Job. Laet, Novus orbis seu descriptionis India Occidentalis libri XIII.

varietis Animantium, plantarum fructuumque nominibus illustrati. Lugd. Batav. 1602. fol.

Georgii Margravii de Liebstadt, Misnici, *Tractatus Topographicus & Meteorologicus Brasiliæ, cum observatione Eclipsis Solaris, cui accessit commentarius de Brasiliensium & Chilenium indole ac lingua. Amst. 1658. f.*

Ejusdem, *Historiæ Naturalis Brasiliæ Libri VII.* quorum tres priores agunt de plantis, IV. de piscibus, V. de avibus, VI. de quadrupedibus, VII. de insectis, VIII. de ipsa Regione & illius incolis cum appendice de Tapueis & Chilenibus: digessit in ordinem, & annotationes addidit Joh. de Laët. Lugd. Batav. 1648.

Christianus Mentzelius congestit *Theatrum rerum Naturalium Brasiliæ, 4. voluminibus*, quæ in Bibliotheca Electorali Brandenburgica asservantur.

Guilelmi Pisonis, Medici Amstelodamensis, de *Aëre, aquis & locis, de natura & cura morborum, Occidentali India, imprimis Brasiliæ familiarium: de Animalibus, aquatilibus, volatilibus & terrestribus edulibus; de arboribus, fructibus & herbis medicis, atque alimentariis, nascentibus in Brasilia, & regionibus vicinis; de noxiis & venenatis, eorumque Antidotis, quibus insertæ sunt Animalium quorundam vivæ Sectiones, tum & aliquot Metamorphoses insectorum; Mantissa aromatica. Amst. 1658. f.*

Ejusdem, de *Medicina Brasiliensi Libri IV.* I. de aëre, aquis & locis. II. de morbis Endemiis, III. de Venenatis & Antidotis. IV. de Facultatibus simplicium, Lugd. Batav. 1648.

Carolus Plumierius, Monachus in re Naturali, præsertim Herbaria, doctissimus, Americam sumptibus Potentissimi Regis Galliarum peragrat, ut plantas novi hujus orbis colligat & describat, prodit jam A. 1693. Parisiis in Fol. sub ejus nomine, *description des plantes de l'Amerique avec leurs figures.*

Nardi Antonii Recchi, *Rerum Medicarum Novæ Hispaniæ Thesaurus, sive plantarum Mexicanarum Historia ex Francisci Hernandi novi orbis Medici Scriptis congest. cum notis & additionibus Fabii Columnæ. Rom. 1648. fol.*

Rochefort, *Histoire Naturelle & Morale des Isles Antilles. Rotterdam. 1681. 4.*

Sarracenus, acerrimus Naturæ explorator, Botanicus & Anatomicus insignis in Canada degit, intimante id, laborisque ejus commendante Tournefortio, in *Methodo Herbarum. p. 12.*

Joh. Sloan, M.D. Angli, *Catalogus plantarum, quæ in Insula Jamaica sponte proveniunt, vel vulgo coluntur cum earundem Synonymis & locis natalibus, adjectis aliis quibusdam, quæ in Insulis Maderæ, Barbados, Nie-*

ves

ves & S. Christophori nascantur, seu prodromi *Historia Naturalis Jamaicæ* pars I. Lond. 8.

Surianus, Medicus Maasilienſis, & Botanicus insignis, jussu quoque Regis Galliæ Americam petiit, ut ibi socialem aliis pro condenda *Historia Naturali* operam præstaret.

Francisci Ximenis, *quatro libros de la naturaleza y virtudes, de las plantas, y animales, que están recevidos en el uso de Medicina en la nueva España, y la metodo, y correccion, y preparacion, que para administrallas se requiere, con lo que el Doctor Francisco Hernandez escribió en Lengua Latina*: è Mexicano prodit prælo hæc *Historia Naturalis Novæ Hispaniæ Historia*, A. 1615. à *Joh. de Laët* postmodum Latine versâ, sed nondum, quantum scio, edita.

XXX. Proximas nunc æquæ ac remotissimas Terræ oras illustravi, nec tamen ex longo hoc itinere sessas, quia amanti nil difficile, in portum, unde navem solvi, eandem revexi. Titulos duntaxat, librorum *Historiam naturalem* concernentium vidimus, quia concisa temporis præfixi brevitâs, penitiorum eorum inspectionem prohibuit, sequitur nunc, ut duce *Methodo* suprâ præscriptâ *Methodum* ipsam operis nostri de *Historia Helvetiæ curiosa* sistam, ut hæc *obs.* posthac tantò fidentiùs Philosophicum hoc per patriam nostram iter ingredi, promoverè, & perficere queam. Oet D.E.U.S., Nature auctor atque creator, quem supplicibus satigo votis, & vitam, & vires, dirigâtque omnia ad Divini Nominis Gloriam, & Patriæ salutem!

XXXI. Nominatos quod attinet *Historiæ Naturalis* Scriptores omnes viam ineunt singuli serè propriam, omnesque diversam, & talem ubivis, ut rebus ipsis potius, quàm dispositioni intentos fuisse facile conjicias, tam raro de distributione rerum tractandarum exquisita sunt solliciti, ut plerumque supera inferis, cælum terræ misceant. Nec sanè abs re: parit plerumque diffusa multitudo confusionem. Tanta & mihi rerum copia suppetit, ut nesciam, τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ἕξτερον κατὰ τάξιν. Coxi atque recoxi animo meo diu, quid factu opus esset, tandèmq; breviorè meliorèmq;, & naturæ ipsi convenientiorè haud inveni viam, quàm *Physicæ Specialis* vulgarissimam, ac simplicissimam, quam nunc in compendio sistere, & ita Lectori extenso ob oculos ponere volui, ut vel hoc nomine, quod meditor opus, *Physicæ quoque Specialis Helvetiæ* Titulo venire posset.

XXXII. Elementa Aristotelicorum sicuti corporum *Infra-lunarium* prima veluti stammina sunt, ita eorum doctrina jure meritoque primas in *Physicæ Speciali* tenet, quas & ego lubens concedo; de *Ignè, Aère, Aqua & Terrâ* applicativè ad *Helvetiam* nostram primò acturus,

Et ignis quidem præsentiam, atque usum in sylvis, lapidibus thermis, &c. ostenditur: *Aëris* porro temperaturam, gravitatem, salubritatem, vel insalubritatem, & qualitates alias tam primas, quam secundas in variis Helvetiæ locis, diversis montium editissimorum, valliumve profundiorum partibus examinaturus: *Aquarum* Helveticarum salubritatem, ac ad usus Medicos æquæ, ac Oeconomicos variam præstantiam generatim de prædicaturus: *Terræ* tandem multiplicem fertilitatem, vel sterilitatem ex Natura soli argillacei, arenarii, in compendio exhibiturus.

Longitud.
& Latitud.
Helvetiæ.
Montes

XXXIII. Duceret nos ordo ad Historiam Mundi, & corporum totalium, sed quia eadem nobis cum aliis Terræ incolis eorū facies, & exiguum Helvetia nostra Terræquei Globi constituit partem, totam hanc doctrinam Phylis, Astronomis, imò & Topographicam Helvetiæ descriptionem Geographis relinquo, pauca duntaxat, quantum instituti ratio, & observationum inopia permittit, de Helvetiæ situ, longitudine ac latitudine mihi & Lectori reservans. Atque ne sterillis nimis videar, Lectori curioso sistam, præmissâ Patriæ nostræ in planam, ac montosam divisione, *Oreologiam* specialem *Helveticam*, seu descriptionem Montium, eorum emensuras altitudines, & amplitudines, situm, augmenta à nive, vel glacie, decrementa ve per casus, urbes, Terræ motus, visurus etiam, quandiam maneat Alpicolis Sol Occidens, præsertim circa solstitium æstivum, & an major appareat iis Sol Oriens, vel Occidens, quam aliis qui in planitie degunt; an iis qui in sublimibus montibus degunt conspiciantur subitus pluviae & tempestates, ipsis interim sereno cœlo gaudentibus? *Montium* porro descripturus *cavernas, speluncas perforatas, Cryptas, Hydrophylacia* &c.

Hydrographia.

XXXIV. Descendam porro ad *Hydrographiam* Helvetiæ specialem, descripturus *fluminum* origines, amplitudinem, longitudinem, latitudinem, profunditatem, fluxum, inundationes, commoditates, *Lacuum* dimensionem trinam, situm, procellas, subitaneas intumescantias, quæ sæpe observantur, ventis nullis licet spirantibus, congelationem, spumosa excrementa, iis certo anni tempore innascentia: ascensurus porro editissimas alpes ad considerandos *lucus montanos*, qui *Wild*. See Alpicolis audiunt, eorum detegendas scaturigines, & percontandos exitus, solvendaque alia phænomena rariora, ipsis competentia; descendemus porro per declivia, visuri, & tanta delectatione admiraturi *Cataractas*, & *Catadupas* montanas, mensuraturi earum altitudines, aures decantaturi earum strepitum, oculis etiam obiecturi fumos & vapores ex delapsis aquis surgentes, irides etiam ex refractione radiorum oriundos, imò faciæne corpusque totum resocillaturi au-

ra leni ex spumosis aquarum fluctibus excitata. Ampla porro sese offeret occasio lustrandi fontes, tam temporarios, quam perennes, eorum perquirendi scaturigines, & varias redeundi periodos. Largissimus tandem sese aperiet campus examinandi originem, qualitates, ac vites *Aquarum Mineralium* seu *Medicatarum*, strumas producentium, vel curantium, sulphurearum, bituminosarum, salinarum, petrificantium, *Thermarum*, acidularum, ipsorum etiam balnearum, seu calida ulsurgentur, seu frigida.

XXXV. Pergeamus postea ad *Meteorologiam*, ejusque partem primam, *Anemologiam*, ubi ventorum indagabimus causas, species, motus seu regulares, seu inordinatos, effectus, indeque oriundas plurimas tempestates, atque procellas. Ad alia si progreſsus fuero *Meteora*, eaque precipue aqua, dabitur occasio differendi de pluviae causis, prognosticis, effectibus, speciebus, quas inter est sulphurea: de grandinum figura, magnitudine, damnis, quae inferunt segetibus, vitibus, arboribus. De *Nubibus*, his speciatim, quae vertices montium altissimorum, vel motu suo & allapsu lambunt, vel inslar corona cingunt, infraque illos se demittunt, saepeque ascensu suo vel descensu, tempestatum, pluviae sunt praenuntii; de *Terra motuum* accidentibus, causis, & effectibus, locisque his obnoxiiis, de *praelara* rore, huiusque specie id est *pluvio* vel *Wisthaum*; de qua ejus origine & effectibus funestis, de *sumptu*que verno tempore herbis vel insidet, vel adhæreſcit; de *filamentis* *Maris*; de *Nivis* figura, delapsu, aspectu, qui visum laedit, & haud raro occaecat; de *Labnis*, quae nivis conglobatae sunt formidanda, molles, & pluribus nominibus *Meteora* nominari merentur, earum speciebus seu differentiis, signis diagnosticis & prognosticis, effectibus narandis, non minus, quam funestis, aliisque haud vulgaris circa eas occurrentibus phenomenon; de *Parasolentis*, *Pareliis*, *Iridibus*, *Halonibus*, *Chasmate*, aliisque id genus Meteoris Emphaticis, tandemque Lectori curioso curiosa plura promitto & experimenta, & ratiocinia de glacie alpium inveterata, quam *Jirn* vel *Eletscher* vocant, ejus duratione, similitudine, motu quasi progressivo, nubes. Subjungentur meteorologicè hanc tractationi ratiocinia quaedam observata de igne fatuo, *Lambente*, *draconibus volantibus*, *capris saltantibus*, *stellis cadentibus*, *trabeis*, *Flammis ardentibus*, *globis ignitis*, *fulmine*, *tonitru*, *fulgure*, *caelo flammante* seu *ardente*, aliisque, si plura hoc ignita *Meteora*.

XXXVI. His peractis triplex ingrediemur *Naturæ Regnum*, *Regnum Minerale*, *Vegetabile*, & *Animale*. Nec è longinquo & veluti è specula contemplantur, sed singulas vias regias aequae ministras, in cunctis si fieri possit, angulos accuratè mentis perstrabimus inagi-

ne. Viæ sunt asperæ quidem, vepribus hincinde oblitæ, sed infimal amcenissimæ, quas viridantes omni ex parte occupant patularum arborum comæ, exornant rarissimæ, & læto virore oculis non minus gratæ, quàm aromatico sapore & odore Linguae, Naribus & Cerebro acceptæ plantæ, curiosa omnis generis fossilia, & tantò jucundiores reddunt discurrentes haud longè bestiae, volitantes aves, & reptantia animalcula. *Mineralis Regni viæ*, quia vel nondum ita sunt cognitæ, aut tritæ, quàm *Animalis & Vegetabilis*, placuit mihi Methodum ipsi quoque *Museorum*, vel *Pinacothecarum* dispositioni apprimè congruam, velut in synopsi quadam exhibere.

Minerale.

XXXVII. Contenta Regni Mineralis sunt mihi & aliis *Lapides*, *Metalla*, *Metallis affinia*, *Terræ*, *Succi concretæ*, *macri*, & *pingues*. *Lapides* sunt vel *putatitii*, ut *Tesserae Badenses*, vel *ætroi*; tales, qui *occurrunt in Regno minerali, vegetabili & animali*.

Lapides è Minerali Regno sunt vel *Meteorici* ut *Ceraunia & Chazias*, vel *Terrigenæ*.

Hi rursus vel *Terræ connati*, vel *ex aliis Regnis illati*, quo titulo veniunt *Petrefacta varia*.

Lapides Terræ connati sunt, vel *viles*, vel *media Naturæ*, vel *pretiosi viles*, vel *porosi* *Tofus*, *Pumex*, *osteoecolla*, vel *solidi*, *saxum*, *Pyrites filiceus*, *Lapis Molaris*, *Lapis calcarius*, *Bonomiensis*, *Gypsum*, *Fissiles varii*.

Media Naturæ lapides, *estimantur* vel *ob nitorem*, & *duri* quidem *Marmor*, *crystallus*, aut *Scissiles*, *Afoliores*, *Talcum*, *specularis lapis*, *Amianthus*, *Spathum*, vel *ob vires quasdam excellentiores*, qui *Metallicæ* omnes sunt *substantiæ*, ut *Hæmatites*, *Smiris*, *Calaminaris*, *lapis Lazuli* seu *Armenus & cœruleum*, *Magnes*, vel denique *ob figuram*.

Hi qui *peculiari figuratorum nomine* sese exhibent, commendant, *figuras ostendunt*, vel *in superficie*, ut *variolarum lapis*, *Astroites*, *crucifer*, *lapides*, qui in sua superficie *plantarum*, *foliorum*, *florum &c.* *figuras exprimunt*. *Lapides*, qui *animalium effigies in superficie repræsentant*; *Lapides alii*, in quorum superficie *montium*, *ruinarum*, *ædificiorum*, *pieturae* conspiciuntur. Vel *in toto*, ut *cornu Ammonis*, *Testacea Lapidea pluri- & univalvia*, *Echinites*, *Glossopetra*, *Enorchis*, *Elemnita*, *Astroita*, *Scolopendrites*, *Trochites*, *Entrochos*, *Judaicus lapis*, *Aërites*, *Pisolithus*, *Phacolithus*, *Hammites*, *Meconites*, *Hysterolithus*, *Nuci Vomicae similis*, *caryophyllus aromaticus lapideus*, *oculus Cancri lapideus*, *Spinosus lapis*, *Fungites*, *Amygdaloides*, *Ficoides*, *Stalactines*, *Crystallus*, alique plures, quorum *Catalogum* texere super sedeo.

Pretiosi

Pretiosi lapides sunt vel opaci, Porphyrites, Jaspis, Nephriticus, Malachites, Lazuli, Achates, Onyx, Turcois, Astroites, Opalus, Carneolus, Bufonius, oculus Catti; *vel Diaphani*, Adamas, Cryſtallus, Chalcodonius, Smaragdus, Sapphirus, Balaffius, Chryſolithus, Amethyſtus, Topazius, Hyacinthus, Berillus, Rubinus, Præſius, Granatus, Spinellus.

Qui è Regno vegetabili petuntur lapides, noſtro vix ſeſe ſubjicient examini, ſunt namque *vel in vegetabilibus ipſis nati aut inventi*, vel *pro vegetabilibus à quibusdam habiti*; ut corallium, corallina, Madrepora, Tubularia, uva Marina, Aleyonium, Eſchara, Fungus Saxeus, ſpongia.

Qui è Regno animali proſapiam ſuam ducunt lapides, ſunt vel *volatilium*, Chelidonium, Aleſtorius, Palumbellarius, vel *aquatilium*, Lapis Carpionis, Perca, Tiburonum, Coracinus, oculi cancerorum, Margaritæ, *Terreſtrium*, Buſonius, porcinius, Draconites ille Lucernenſium, Limacis, Calculi brutorum & hominum, Bezoar; huc pertinent pilæ pilofæ generis bovini, caprini, equini, porcini, canini, cervini & ovilli.

Metalla ſunt vel propriè ita dicta, vel *impropriè talia*.

Propriè dicta Metalla ſunt vel perfectiora Aurum & Argentum, vel *imperfectiora*, cuprum, ferrum, plumbum nigrum & album.

Impropriè dicta ſunt, Biſmutum, Zincum, Antimonium, Argentum vivum, cinnabaris.

Metallis affinia ſunt vel Naturalia, vel *arte elaborata*.

Naturalia ſeu Nativa ſunt, Plumbago ſeu Galena, Cadmia, Chryſocolia, Spodos, Pyrites Metallaris, Saxum Metallis imbutum, Mica, Talcum.

Arte elaborata inveniuntur vel extra fornacem, ut Rubigo, ejusque ſpecies cœruleum, arugo & ferrugo, ceruſſa, Minium, Squama arſis, & ferri; *vel intra fornacem*, Scoria, Diphryges, Vitrum, Cadmia Fornacum, Tutia, Pompholyx, Spodos, Lithargyros, Plumbago.

Terra vel nullo ſigillo ſunt notata, vel *ſigillata*.

Illa Marga, Lac Lunæ, Unicornu Foſſile, Tripolis, Argilla, Medulla Saxi, Pnigites, Ochra, Chryſocolia, Cœruleum, Torſſa, Indicum, Rubrica, Fuligo pictoria, creta.

Hæ prout locum agnoſcunt natalem, variam inde denominationem ſortiuntur, proſtant hinc Samia, Melia, Lemnia, Sileſiaca, Lignicenſis, vel Strigonienſis, Armena, Livonica, Bohemica, Seſſana, Hieroſolymitana.

Succi concreti, macri alii ſunt, alii pingues. Macri ſunt Sal commune, quod naturale ruruſ eſt, vel artificiale; quod artificio excoquitur ex aquis marinis, lacuſtribus, fontibus ſaliſ, lixivio: Nitrum, quod iudem eſt naturale, vel factitium; Vitriolum eſt vel Nativum, quod ſiſtit
pyriten

pyriten ærosum, Melanteriam, Misy, Sory, Diphrygen; vel factitium, quod præsertim colore variat.

Pingues sunt Sulphur, nativum, vel factitium, Arsenicum, quod pertinet Auripigmentum & Sandaracha; Bitumen est vel liquidum, Petroleum, Naphtha, pissasphaltum, Bitumen Judaicum, vel concretum: tum intra Terram, Gagates, carbo fossilis, Ebenum fossile, lapis Thracius, Terra Ampelitis, Pharmacitis, Torfæ: tum in Mari, Succinum sperma ceti, Ambra.

Vegetabile.

XXXVIII. *Vegetabilia*, quorum Regnum satis latè protenditur, ita tractabo, ut ad mentem recentiorum, Morisonii, Raji, Rivini, præsertim verò Tournesortii ubivis addam & characteres, & loca Natalia, & vires analysin etiam Chymicam, sicuti vel à Parisiensibus est intacta relicta, vel peculiarem meretur considerationem.

XXXIX. *Zoophyta*, quæ media sunt inter animalia & vegetabilia & maris incolæ, linquemus aliis, quibus propter illa examinandi datur, & frequentior occasio.

Animale.

XL. *Animalia* distinguo in *Irrationalia*, & *Rationale*. Illa præcuntibus Illustri Willughbio, & Celeb. Rajo, Anglis, in sanguinea & exanguia

Sanguinea, in quadrupedia, quibus adiungitur serpentium genus, Aves & pisces, quorum subdivisiones specialiores lubens omitto.

Exanguia vel *majora* sunt, eaque mollia, crustacea & testacea; vel *minora*, insecta

Galactologia.

XLI. Silentio hic præterire nolo, me occasione Quadrupedium buulcorum, ruminantium, digestionem facturum de Lacte & operibus Lactariis, ex lacte, fero, butyro, cremore, casco, &c. parari solitis; de lactis ipsius conservatione, vel ab acescentia præservatione, coalitione, atque depuratione, coagulatione, differentia, ratione temporum Anni, Ætates ipsorum animalium *παλαιὸς, νέος*, habitus & coloris eorundem, pascuorum, usu ad sanitatem vel conservandam, vel restituendam, notis bonitatis, decoctione varia &c.

Anthropologia.

XLII. Ad *Anthropologiam* ubi devenero, multiplex sese offeret occasio differendi de Helvetiorum temperamento, seu plana inhabitent loca, seu montosa, eorundem robore, mole, colore, agilitate, valetudine, longævitæ, morbis, ingenio, uxorum fecunditate. Nec minus fortè labor erit, ubi peculiari considerationi subjecero Alpícolas, eorumque describere vitam, mores, incommoda quæ patiuntur ab æris inelementia, instrumenta, quibus utuntur ad facilitandum ascensum, vel descensum per rupes, & id genus alia.

XLIII. Hinc

XLIII. Hinc inde ubi commodam nactus fuero occasionem, *Miranda varia.* vel exequias cantandi anilibus quibusdam fabulis, vel pristino splendori restituendi veritatem talium rerum, quæ fidem superant, & prodigiis, vel ostentis, quàm phænomenis naturalibus propiora videntur. Admiranda huc pertinet proprietas piscium degentium in piscina cœnobii S. Mauritii apud Valesios, quorum si quis moritur, brevi unus è fratribus sequitur, testantibus id viris gravibus, *Jos. Sinter. descript. Valesp. 33. Var. de fascin. l. 2. c. 4.* aliis. In eundem centum venient aquæ in Cœmeterio S. Stephani in Territorio Bernensi, quæ imminente pluvia spontè turbari vidit *Rätmann Gesyräch wener Bergen. l. 2. p. 211.* Fons Lacus IV. Civitatum Sylvestr. in Bruderbalm / ditionis Subsylvaniae, qui nomine suo vocatus turbetur vel exundet, de quo *Wagn. Helv. Cur. p. 143.* Lapidis cum fragore delapsus ex altissimis illis montibus, qui Baronatum Hohenstadium ab Abbatiscellana ditione intersecant, in agrum arcis Forstlegk, quem toties contigisse ajunt, quoties uni ex Hohenstadium nobili familia mors imminuit. V. *Camer. Hor. subciv. cent. III. §. 15.* Ubi de reliquiis diluvii, aliarumve submersionum sermo incidit, non immemor ero navis illius, quæ 100. brachiis sub terra A. 1460 prope Bernam inventa, cum velis, anchorisque effractis, & 40. hominum corporibus, teste *Bapt. Fulgoso collect. S. dict. & fa- Hor. l. 1. c. 6.*

XLIV. Insigni prærogativâ gaudet moderna philosophandi ratio præantiqua, quatenus in illa non phænomena Naturæ tantum elegantius ac speciosius enucleantur, imò haud rarò ad Mathematicam certitudinem reducuntur, sed & essentia ac possibilitas materiæ, ejus dependentia ab Ente Immateriali Infinito necessaria, sicque existentia DEI clarissè longè demonstrantur, & in conflictu cum pertinacissimo Atheo invicta redditur veritas aurei illius dicti Apostolici Rom. 1:20. *τὸ ἀόρατον & Θεὸν καὶ αὐτοῦς λόγους τοῖς ποιήματι πρὸς ὁμολογίαν, ἥτις αὐτὸ φανερὸν ἐστὶν ἐξ ὧν ποιεῖται.* Qui è vertice altissimi montis circumspicit in circumjectam terræ vel maris planitiem, aliud quidem nihil videt præter superficiem, planitiei illius latè protensam, & exinde infert corporaturam terræ, vel profunditatem maris longè majorem, quam ad eò mentis oculis videt, licet visus acies utcumque armata eò non pertingat. Pari modo ex contemplatione corporum mundanorum, quorum superficies duntaxat lambimus, interiora non attingimus, devenimus necessariò ad notitiam invisibilis Creatoris, cujus omnipotentiam, omniscientiam, bonitatem, atque attributa immensa, non tam intellectu nostro, qui imbecillus longè est, assequimur, quàm cum stupore admiramur. Fusius hæc, & per specialia deducere hujus non

est loci. Quot sunt in mundo corpora, quot eorum attributa & accidentia, quot in Helvetia montes, valles, prata, agri, imò quot mineralia, plantæ, animalia, & animalcula, quot etiam eam incolimus homines, totidem habemus testes invisibilis Dei, tot vestigia Dei, tot lineas figuræque, liceat ita loqui Theometricas, ut alludam ad illud *Aristippi*, celebratissimi sui temporis Philosophi, qui naufragio in Rhodi Insulæ litus cum miseriæ atque fortunæ sociis aliis ejectus, ex figurarum Geometricarum arenæ littoræ inscriptarum obtutu, letabundus exclamavit *Vestigia Hominum video*. *Vitruv.* præf. lib. 6. Primam hanc, quia ad usus ex Historia Helvetiæ naturali trahendos, vel sperandos accessi, scripsi Thesin, ut Lectori curioso, atque benevolo pateat, primum hunc nobis præfixum esse scopum, primum & præcipuum laborem, ut cuncta dirigantur ad Nominis DIVINI GLORIAM, quam ideo occasione quavis plenis buccis decantare non desinam.

Cognitio
Patriæ.

XLV. Si reprehensionem dudum meruerunt omnes omnium terræ regionum incolæ, quod communiter exoticeis nimium inhiant, eam magis æstiment & admirentur, quæ in distans terræ regionibus inventiuntur, indeque afferuntur, patria negligentes, objurgandi certè sumus nos Helveti, quibus hoc, quicquid est vitii vel præjudicii, veluti glaten adhærescit. Quot quæso antè corripit omnis Ordinis juvenes itinerandi, seu quod idem nobis est, exterarum invisendi regiones, cum Nostalgia sæpe periculo, cacœthes, quam vel unam, vel plures, non dicam omnes Helvetiæ pagos peragrârint, imò vel eorum suum & Historiam norint? *Aspera est sateor regio nostra & vel aspectu horrida, sed credant & exteri & indigenæ, nec inculta, nec in abiectio mundi angulo posita, ubi Natura veluti à labore defessa promiscuè saltem & absque ullo ordine deposuerit id, quod aliis regionibus fuerit vel molestum, vel inutile, vel haud necessarium.* In contrarium asserere haud vereor, nil fermè in mundo esse vel utile, vel nobile, de quo non aliquid nobis etiam concesserit benigna parens, non Noverca, Natura. Admirentur alii antrum Virgili, vel cava montium Puteolana, nos ipsis contra ponimus tot serè profundos hiatus, cryptas, cavernas, quot numero sunt montes ipsi. Extollant Itali Alpes suas Appenninas, Hispani & Galli Montes Pyrenæos, Germani suos Tirolenses, Giganteos, juga Hercynia, Hungari Carpathios, Græci Olympum, Suedi & Dani Montes Riphæos, Americani juga Peruviana, Canadensia, Atizæ populi Taurum, Imaum, Caucasum, juga Arabiæ, Africani Atlantem, montes Lunæ. Nos habemus quod gloriemur Jugis Rhæticis, Valesianis, Bernensibus, Suitensibus, Abbatiscellanis, aliis. Qui ad extremos Europæ fines in Norvegiam excurrunt, vel in Islandiam, Novam Zemblam aliasque Regiones

nes circumpolares petant, visari montes meros glaciales, illi nobis suavoribus per amoenas porius valles, & fecunda prata adeant stupendas illas & altè surgentes glaciales moles, quæ Gletscher vulgò vocantur, continua accensione nivium augentur quidem, sed nunquam decrescunt, & passim in Alpibus Bernensium, Rhætorum & Valesianorum sunt obvix. Torreantur per nos licet à sole verticibus incumbente Zonæ Torridæ incolæ, & frigore torpeant, qui Zonam inhabitant frigidam, nos temperato fruimur Cælo. Latentur regiones aliæ felici frugum proventu, divitias emulent ex metallorum fodinis, vitam ducant & sanam & longævam, ob æris bonitatem, salubritatem aquarum, copiam lactis & animalium. Nobis cuncta hæc largitus est T. O. M. DEUS. Delectator quispiam aspectu Cataractarum, Cataduparum montanarum, vel perquisitione fluminum in suis originibus, fontium in scaturiginibus, is labori non pareat, & oculis subiciat celeberrimam illam Rheni Cataractam prope Schaffhusium, & ad radices montium hincinde substat, ad contemplandos torrentium ex præaltis rupibus cum fremitu delapsus, ipsosque conscendat montes, Gotthardum præalii, ejusque juga varia, indagaturos origines fluminum totius Europæ celebriorum. &c.

XLVI. Vulgus ipsum aliàs nimis credulum non habebit, cur *usque aliis* moveat querelas, quod imponamus ipsi narratione somniorum, aut *voluntatis.* fabularum de gentibus monoculis, uno dumtaxat pede donatis, de *sed in ipsum* montibus magneticis, quibus non audeant appropinquare naves ferreis clavis compactæ, de Republica Utopiæ, de moribus & vita incolarum Lunæ. Nec telescopis opus erit ad conspicienda ea, quæ in opere præsentè tradituri sumus. Pleraque eorum vel prope nos jacent, vel à conterraneis nostris peti, & absque magnis sumptibus conquiri possunt; ut cuncta nostra, imò nos ipsos veluti in speculo videre & accuratè considerare liceat. Sic, audacter promitto, plurima prodibunt, quæ hætenus vel scivit nemo, vel fidem omnem respuerunt.

XLVII. Quemadmodum hodie non tam ex libris Aristotelis, vel Scholasticorum, vel Epist. Cartesii, philosophari solent, quibus omni autoritate humana amica magis est veritas, quam ex ipsa Natura, ex ipsa corporum autentica contemplatione, & per experimenta variâ tractatione, ita erit & hic, quem promitto, labor speciminis talis modi loco, & tantò gratior ut spero, quia Physica ipsa erit ad Helvetiam applicata, seu accommodata.

XLVIII. Exterorum, quibus aditus ad intima Naturæ Helveticæ arcana vel raro datur, vel difficulter, nec nisi grandis pecuniæ dispendio, quæ multa & magna sibi de contentis regionum nostrarum

rarioribus promittunt, infimul fatistit curiositati. Iis autem, qui de sterilitate & asperitate patriæ nostræ, & incolarum rusticitate, vel falsa plura animis conceperunt, vel scriptis ipsis orbi imponere ausi sunt, eximentur præjudicia, ut posthac benignius de nobis, nostrisque rebus judicare ducant, si unquam ipsis ex meliori luto finxit præcordia Titan.

variis illi
in patriam
ipsam.

XLIX. Ubicumque tandem potero Rem adjuvare Medicam, Oeconomicam, Politicam, Mechanicam, ostendendo varios diversorum naturalium usus, officio meo non deero, qui id præsertim curæ habeo, ut ostendam, sat nobis ad conservandam æquæ sanitatem firmam, ac restituendam amissam, aut labentem, in ipsa nostra patria proflare remedium vel auxiliorum, abique quod ex utraque India aliisque à nobis distitis regionibus quid adducere necesse habeamus. Audiamus hanc in rem judicium VIRI in Re Naturali ac Medica exotica æquæ ac patria expertissimi Guilelmi Pisonis præfat. *Historia Natural. Brasiliae. Tantum abest*, inquit, *ut vel ab Indis petita aromata, vel ab externis accepta populis remedia, patem nostræ domi natis præferenda, ut potius existimem, ubique gentium majorem habere cum humana natura consensum, & plus in eam posse, quæ propter solam, cæliæque commune illi sunt familiariora, & ea propter esse turpius in his, quam in illis excutire. Certè nulli, ut egregie Cornelius vere Celsus observavit, adeo se Natura præbuit novercam, cui non sufficientia & medicamenta & alimenta suppeditaverit. Quod & alludit illud Regum sapientissimi: Creavit ut essent omnia ubique & sanabiles fecit nationes terrarum.*

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

1. *Spiritus & Corpus*, duæ substantiæ humanæ contemplationi subjectæ, binas constituunt *Philosophiæ Theoreticæ* partes speciales, *Pneumaticam & Somaticam* seu *Physicam*.
2. Ex *Physica* discimus nosse nos ipsos, nosse mundum, nosse Deum.
3. *Corporum Naturalium*, quæ *Physicæ* sunt objectum, principia interna sunt *materia & forma*. Quæ de tertio, *Privatione* pro vel contra disputantur, *Logomachia* sunt meræ. *Externa, Efficiens & Finis*.
4. *Materia* ex hypothese Aristotelico-Græca est *Corpus quia corpus*

corpus, s. trina dimensio, atque sic idem cum Cartesii *extenso*, aliorumque *impenetrabili*. Quia autem corpus, & extensum, & solidum, tandem resolvuntur in *atomos* (physicas puta, non mathematicas) manifestum est, priores duas hypotheses tertiæ, quæ Epicureorum s. Gassendistarum est, non contradicere.

5. Quæ inter Atomistas ab una, & Cartesianos ac Aristotelicos ab altera parte aguntur de *vacuo* s. *mani* controversiæ, spectant *Vacuum* tum *extramundanum*, quod ante nec affirmari nec negari potest, quam quæstio de finitate, vel infinitate mundi prius fuerit decisa; tum *diffeminatum*, quod sive statatur, sive non, Naturalium phaenomenorum explicationi nil derogat, tum *coærvatum*, quod si ad crassioris materiæ exclusionem restringitur, non negamus.
6. *Formas* corporum naturalium in particularum diversâ magnitudine, situ, motu, &c. consistere rectè docent Recentiores, ut proin *formas substantiales*, Aristoteli ipsi penitus ignotas, pro Scholasticorum figmento habeamus & rejiciamus.
7. *Causa* verè *efficiens* unica est DEUS; ut proin quæ de mundi, animæ mundi vel Spiritus universi, Naturæ, Fortunæ, ipsorum corporum naturalium vi activa, asserunt alii, prorsus repudiemus.
8. *Finalium Causarum* consideratio in Physica utilis est & necessaria.
9. DEI, Entis immaterialis seu spiritualis, *existentiam* necessariam, Ejusque attributa essentialia. *Omnipotentiam*, *Omnisapientiam*, *Omnipresentiam*, *Summam Bonitatem* manifestissimè demonstrant, *Materiæ*, (seu prima sit, seu secunda, seu spectetur, ut corpus simpliciter, vel ut extensa, vel ut Atomus divisibiles, vel ut puncta mathematica, seu indivisibilia, vel tandem, ut subiectum primum, ex quo inexistente aliquid fit) *merè passiva natura*; cuius proin *Essentia*, *Existentia*, *Motus* à Creatoris voluntate liberrima & efficacissima

unicè dependent; *Formarum* seu naturales eæ fuerint, seu artificiales, seu substantiales seu essentielles, seu accidentales, *operativa virtus*, omni licet tempore credita, *nulla*. *Nulla* item *Nature*, *Materia subtilissima*, omnium *corporum naturalium*, ipsius etiam *Alentis* in corpus nostrum *actio verè efficiens*: omnium tandem *corporum* eorumque partium in certos usus finisque, quos ipsa illa penitus ignorant, manifestissima *Directio*.

10. Trahimus exinde *Usus* non contemnendos *Morales in Officio erga DEUM, erga Homines, & nosmet ipsos*. Discimus namque agnoscere *DEI* omnisufficienciam, & summam erga nos *Benignitatem*, *DEUM* omnipotentem cum timore filiali amare, mandatis ipsius obsequi, veniam delictorum ab ipso hoc summo Numine petere & sperare, si facti poenitentia seria cum dolore antecesserit, fiduciam omnem locare in *DEO*, Eiq; offerre devotas preces atq; suspiria. Porro amare proximum, propter *DEUM*, abstinere ab omni odio, insidiis, calumniis, persecutionibus, imò & venerari qui nobis sunt digniores, sapientiores, doctiores, neminem contemnere: Amare tandem nos ipsos propter amorem *DEI*, in gyrum rationis cogere affectus seu passiones nostras, curam habere & corporum & animarum nostrarum immortalium.
11. Mirabile illud & divinum opificium *Homo* in actionibus suis tam immanentibus, quam transeuntibus à *DEI* virtute ita dependet, ut nihil sibi restet tanquam proprium & operationi Divinae contradistingendum.
12. Quam per totum operis decursum commendatam habebo *Philosophiam Eclecticam, Sectariæ* cuius longè anteferendam duco.

F I N I S.

*Opus
finitum*